Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



extinguet in nocte lu
cerna eius. Manu sua
misit ad fortia; et di
gti eius apprehenerunt
fusum. Manu sua ape
ruit inopi: et palmas
suas extendit ad pauperem.
Non timebit domui suae
a frigoribus nivis; omnes
enim domestici eius vestiti
duplicibus. Stragulata
vestem fecit sibi: bissus
et purpura indumentum
eius. Nobilis in portis
vir eius: qui sedet cum
senatoribus terre. Sindonem
fecit et vendidit: et cingu
lum tradidit chananeo.
Fortitudo et decor indumen
tum eius: et ridebit in die no
vissimo. Os suum aperuit
sapiente: et lex clementie in
lingua eius. Considerabit
semitas domus sue: et panem
otiosa non comedit. Surge
runt filii eius et beatissi
mam predicabunt: et vir eius
laudabit eam. Multe filie
congregaverunt divitias;
tu supergressa es universas.
Fallax gratia et vana
est pulchritudo: mulier timens
deum ipsa laudabitur. Date
ei de fructu manuum suarum;
et laudent eam in portis
opera eius. ℣. Dilexisti iusti-
tiam: Maria tecum est illa cui
dimisisti multum domine quia dilexit
te vehementer. S'm lucam.
In illo t. Rogabat ihesum
quidam pharisaeus ut manducaret
cum illo. et ingressus do
mum pharisaei discubuit. Et
ecce mulier quae erat in civitate
peccatrix ut cognovit quod
accubuit in domo pharisaei
attulit alabastrum unguenti;
et stans retro secus pedes
eius lacrimis coepit rigare
pedes eius, et capillis capi
tis sui tergebat, et osculabatur
pedes eius, et un
gento ungebat. Videns
autem pharisaeus qui vocaverat
eum: ait intra se dicens. Hic
si esset propheta sciret utique quis
et qualis est mulier quae tangit
eum: quia peccatrix est. Et respon-